

accepit, ideo quod primus Apostolorum Petrus hodie Episcopatus cathedram suscepisse referatur. Recte ergo Ecclesiam natalem sedis illius colunt, quam Apostolus pro Ecclesiarum salute suscepit, dicente Domino: Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.

R. Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum: tibi tradidit Deus omnia regna mundi: * Et ideo tibi tradite sunt claves regni caelorum. * Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis. Et.

Lectio v.
Petrum itaque fundamentum Ecclesiae Dominus nominavit: et ideo digne fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod Ecclesiastici aedificii altitudo consurgit. Unde convenienter Psalmus, qui lectus est, dicit: Exaltent eum in Ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum. Benedictus Deus qui beatum Petrum Apostolum in Ecclesia exaltari praecipit: quia dignum est, ut fundamentum hoc in Ecclesia honoretur, per quod ad caelum conscenditur.

R. Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua: * Et tu aliquando

conversus confirma fratres tuos. * Caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in caelis. Et.

Lectio vi.
Quod natalis ergo Cathedrae hodie colitur, sacerdotale honoratur officium. Sibi hoc Ecclesiae invicem praestant, quia tanto necesse plus habet Ecclesia dignitatis, quanto sacerdotale officium plus honoris. Cum solemnitatem hanc Ecclesiae merito religiosa observatio introduxerit, miror, cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosus error increverit, ut super tumulos defunctorum cibos et vina conferant, quasi egressa de corporebus animae carnales cibos requirant.

R. Petre, amas me? tu scis Domine, quia amo te. * Pasce oves meas. * Simon Joannis discipulis plus his? tu scis Domine, quia amo te. Pasce oves meas. Gloria Patri. Pasce oves meas.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vii. Cap. 16. B.
In illo tempore: Venit Jesus in partes Caesareae Philippi, et interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? Et reliqua.

Homilia S. Leonis Papae. Ser. 5. in annis. ass.

Arosoros Dominus, quid de se homines opinentur, interrogat: et tandem sermo respondentium communis est, quamdiu humana intelligentia ambiguitas explicatur. At ubi quid habeat sensus discipulorum exigitur, primus est in Domini confessione, qui primus est in Apostolica dignitate. Qui cum dixisset: Tu es Christus Filius Dei vivi: respondit ei Jesus: Beatus es Simon Barjona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in caelis est. Id est, ideo beatus es, quia Pater meus te docuit: nec terrena opinio te fecerit, sed inspiratio caelestis instruit: et non caro et sanguis, sed ille me tibi, cuius sum unigenitus Filius, indicavit.

R. Quem dicunt homines esse Filium hominis? Respondens Petrus, dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. * Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Beatus es Simon Barjona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in caelis. Et.

Lectio viii.
Et ego, inquit, dico tibi: hoc est, sicut Pater meus tibi manife-

stavit divinitatem meam, ita et ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus, id est, cum ego sim inviolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio utraque unum, et quod fundamentum praeter quod nemo potest aliquid ponere; tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, ut, quae mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non prevalebunt adversus eam. Super hanc, inquit, fortitudinem aeternum extruam templum: et Ecclesiae meae caelo inserenda sublimitas, in hujus fidei firmitate consurgat.

R. Elegit te Dominus sacerdotem sibi, ad sacrificandum ei, * Hostiam laudis. * Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Hostiam laudis. Gloria Patri. Hostiam laudis.

Si hoc Festum ante Quadrag. venerit in Sabbato, vel transferatur in Fer. ij. et Annus non fuerit Bisextilis, legitur ix. Lectio de Homilia Vig. S. Matthei, et de ea fit com. ad Laudes post com. S. Pauli. In Quadr. autem ix. Lectio erit de Homilia Petri occur. cum com. de ea, et nihil fit de Vig. nisi in Missa.

Lectio ix.

HANC confessionem porta inferi non tenent, mortis vincula non ligantur; vox enim ista vox vite est. Et sicut confessores suos in caelestia provehit, ita negatores ad inferna demergit. Propter quod dicit beatissimo Petro: Tibi dabo claves regni caelorum. Et quaecumque ligaveris super terram, erunt ligatae et in caelis: et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in caelis. Transivit quidem etiam in alios Apostolos vis potestatis istius, et ad omnes Ecclesiae principes decretibus constitutum commearit: sed non frustra in commendatur, quod omnibus intimitur. Petro enim ideo hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesiae rectoribus Petri forma praepointur. Manet ergo Petri privilegium, ubicumque ex ipso fertur aequitate iudicium. Nec nimia est vel severitas vel remissio, ubi nihil erigatur, nihil solutum, nisi quod beatus Petrus aut solverit, aut ligaverit. *le Deum. 17.*

In ij. Vesp. com. seq.

DIE XXIII. FEBRUARII.
In Festo S. Petri Damiani
Episc. Conf. et Eccl. Doct.
Duplex.

In utrisque Vesperis,
ad Magnificat, Añã. O
Doctor optime, Ecclesiae

sancta lumen, beate Petre, divina legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio.

CONCEDE nos, quaesumus omnipotens Deus, beati Petri Confessoris tui atque Pontificis monita et exempla sectari; ut per terrestrium rerum contemptum aeterna gaudia consequamur. Per Dñum.

Ad Matut. in Hymno.
Iste Confessor, mutatur
tertius Versus, nisi de hoc
Festo dicta fuerint Vespera
saltem a Capitulo, juxta
Decretum S. R. C. 15 Junii, 1682.

In j. Noct. Lectiones de
Scriptura occurrente. Sed
in Quadrag. Fidelis sermo,
de Comuni. liv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

PETRUS, Ravennae honoratus parentibus natus, adhuc lactens a matre numerosae prolis pertasa abjicitur, sed domesticae mulieris opera semivivus exceptus ac recreatus genitrici ad humanitatis sensum revocatae redditur. Utroque orbatus parente, tanquam vile mancipium sub aspera fratris tutela duram servitium exercuit. Religionis in Deum, ac pietatis erga patrem egregium tunc spicimen dedit; inventum sequidem forte nummum non propriae indiae sublevandae,

sed Sacerdoti, qui divinum Sacrificium ad illius expiationem offerret, erogavit. A Damiano fratre, a quo, uti fertur, cognomentum accepit, ejus cura litteris eruditur, in quibus brevi tantum profecit, ut magistris admirationi esset. Quum autem liberalibus scientiis floreret et nomine, eas cum laude docebat. Interim ut corpus rationi subderet, sub mollibus vestibus cilicium adhibuit, jejuniis, vigiliis, et orationibus solenter insistens. Calente juvena dum carnis stimulis acriter urgeretur, insultantium libidinum faeces rigentibus fluvii merus aquis noctu extinguebat; tum venerabilia quae loca obire, totumque Psalterium recitare consueverat. Ope assidua padperes levabat, quibus frequenter pastis convivio, propriis ipse manibus ministrabat.

g. Inveni David.

Lectio v.

PERFICIENDAE magis vitae causa, in Avellanensi Eugubinae Diocesis Conobio, Ordini Monachorum Sanctae Crucis Fontis Avellanae a beato Ludolpho sancti Romualdi discipulo fundato, nomen dedit. Non ita multo post in Monasterium Compositanum, mox in Conobium sancti Vincenii Petrae Pertusae ab Abbate

suo missus, utrumque Asceterium verbo sacro, praeclaris institutionibus, et moribus excoluit. Ad suos revocatus, post Praesidis obitum, Avellanitarum Familiae praeficitur, quam novis variis in locis extructis domiciis, et sanctissimis institutis ita auxit, ut alter ejus Ordinis Parens, ac praecipuum ornametum jure sit habitus. Salutarem Petri sollicitudinem alia quoque diversi instituti Conobia, Canonicorum Conventus, et populi sunt experti. Urbinati Diocesis non uno nomine profuit: Theuzoni Episcopo in causa gravissima assedit, ipsumque in recte administrando Episcopatu consilio et opera juvit. Divinorum contemplatione, corporis macerationibus, ceterisque spectatae sanctimoniae exemplis excelluit. His motus Stephanus Nonus Pontifex Maximus eum licet invitum et reluctante sancta Romanae Ecclesiae Cardinalem creavit, et Ostiensem Episcopum. Quas Petrus dignitates splendidissimis virtutibus, et consentaneis Episcopali ministerio operibus gessit.

g. Posui.

Lectio vi.

DIFFICILLIMO tempore Romanae Ecclesiae, Summisque Pontificibus doctrina, Legationibus, aliisque

suscéptis laboribus mirifice adfuit. Adversus Nicolaitarum et Simoniacam hæreses ad mortem usque strenuo decertavit. Hujusmodi depulsis malis, Mediolanensem Ecclesiæ Romanæ conciliavit. Benedicto, et Cadaloo falsis Pontificibus fortiter restitit. Henricum quartum Germaniæ Regem ab iniquo uxoris divortio deterruit. Ravennates ad debita Romani Pontificis obsequia revocatos sacris restituit. Canonicos Veliternos ad sanctioris vitæ leges composuit. In Provincia præsertim Urbinatè vix ulla fuit Episcopalis Ecclesiæ, de qua Petrus non sit bene mèritus; Engubinam, quam aliquando crèditam habuit, multis levavit incommodis: alias alibi, quando oportuit, perinde curavit, ac si suæ essent tutelæ commissæ. Cardinalatu, et Episcopali dignitate depositus, nihil de pristina juveni proximos sedulitate remisit. Jejunium sextæ Feriæ in honorem sanctæ crucis Jesu Christi, horarias beatae Dei Genitricis preces, ejusque die Sabbato cultum propagavit. Inferendæ quoque sibi verberationis morem ad patratorem scelerum expiationem provexit. Demum sanctitate, doctrina, miraculis, et præclare actis illustris, dum e

Ravennate Legatione rediret, Faventiæ octavo Kalendas Martii migravit ad Christum. Ejus corpus ibidem apud Cistercienses multis miraculis clarum frequenti populorum venerantione colitur. Ipsum Faventini non semel in præsentî discrimine propitium experti patrônorum apud Deum delegerunt: Leo vero Duodecimus Pontifex Maximus Officium Missamque in ejus honorem tamquam Confessoris Pontificis, quæ aliquibus in Diocæsibus, atque in Ordine Camaldulensium jam celebrantur, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulo addita Doctoris qualitate, ad universam extèndit Ecclesiæ. **A.** Iste est qui ante.

In ij. Nocturno Homilia in Evang. Vos estis sal terræ, de Communi Doctorum. lxxvij.

Lectio ix. extra Quadragesimam et Annum Bissextillem de Homilia Vigilæ S. Matthiæ, ut infra. In Quadragesima autem de Homilia Feriæ, et nihil sit de Vigilâ nisi in Missa. ¶ De Vigilâ S. Matthiæ in Anno Bissextili fit die xxiv. Februarii.

Si non venerit in Quadrage. tres Lectiones legentur de Hom. in Evangelium. Hoc est præceptum meum, ut in Vigilâ Apostolorum. j.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus: ut beati Matthiæ Apostoli tui, quæ prævenimus, veneranda sollemnitas, et devotionem nobis augeat, et salutem. Per Dñm.

Si autem venerit in Quadragesima, nihil sit de Vigilâ, nisi in Missa.

DIE XXIV. vel XXV. Februarii Anno Bissextili.

In Festo S. Matthiæ Apostoli.

Duplex ij. Classis. Omnia de Communi Apostolorum. ij. præter sequentia.

Oratio.

DEUS, qui beatum Matthiam Apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quæsumus; ut ejus interventione, tuæ circa nos pietatis semper viscera sentiâmus. Per Dñm.

In primo Nocturno. De Actibus Apostolorum. Lectio j. Cap. 1. c

In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: (erat autem turba hominum simul, fere centum viginti.) Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Jesum: qui connumeratus erat in nobis, et sortitus est sortem ministerii hujus. Et hic quidem possedit agrum Jugum.

de mercede iniquitatis, et suspensus crepuit medius: et diffusa sunt omnia viscera ejus.

¶ Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, dicit Dominus: Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Estote.

Lectio ij.

Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem, ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldama, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta, et non sit qui inhabitet in ea: et Episcopatum ejus accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui vobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit et exivit inter nos Dominus Jesus, incipiens a baptismo Joannis usque in diem qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis.

¶ Tollite jugum meum super vos, dicit Dominus, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde: Jugum enim meum suave est, et onus meum leve. Et inveniatis requiem animabus vestris. Jugum.

Lectio II.

Er statuerunt duos, Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, et Matthiam. Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nostri omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerii hujus, et Apostolatus, de quo pravariatus est Judas, ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis, et cecidit sors super Matthiam, et annumeratus est cum undecim Apostolis.

R. Dum steteritis ante reges et principes, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis qui loquamini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Dabitur gloria Patri. Dabitur.

In ij. Nocturno Lect. Fundamenta ejus, de Comuni Apostolorum. ij. loco. xvij.

In tertio Nocturno. Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vij. Cap. 11. d.

In illo tempore: Respondens Jesus dixit: Confi-teor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Ser. 10. de Verb. Dom.

Vlaboratis. Quare enim laboratis, nisi quia sumus homines mortales, fragiles, infirmi, levia vasa portantes, quae faciunt invicem angustias? Sed si angustiantur vasa carnis, dilatentur spatia charitatis. Quid ergo dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis, nisi ut non laboratis? Denique promissio ejus in promptu est, quoniam laborantes vocavit. Quarent forte, quae mercede vocati sunt. Et ego vos, inquit, reficiam. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, non mundum fabricare, non cuncta visibilia et invisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, et mortuos suscitare; sed, Quoniam mitis sum, et humilis corde.

R. Isti sunt qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: Calicem Domini biberunt, et amici Dei facti sunt. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum. Calicem.

Lectio vij.

Magnus esse vis? a minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamento prius cogita

humilitatis. Et quantum quisque vult, et disponit superimponere molem aedificii, quanto erit majus aedificium, tanto altius fodit fundamentum. Et fabrica quidem cum construitur, in superna con-surgit, qui autem fodit fundamentum, ad ima deprimitur. Ergo et fabrica ante celsitudinem humiliatur, et fastigium post humiliationem erigitur.

R. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, et dedit illis gloriam sempiternam: Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam. Quorum Gloria Patri. Quorum.

Si hoc Festum venerit in Quadrag. Lectio ix. legitur de Homilia feria occur.

et de ea fit com.

Lectio ix.

Quod est fastigium construendae fabricae? quae molitur? quo perventurum est cacumen aedificii? cito dico, usque ad conspectum Dei. Videtis quam excelsum est, quanta res est conspicere Deum. Qui desiderat, et quod dico, et quod audit, intelligit. Promittitur nobis conspectus Dei, verbi Dei, summi Dei. Hoc enim bonum est, videntem videre. Nam qui colunt falsos deos, facile illos vi-

dent: sed eos vident, qui oculos habent, et non vident. Nobis autem promittitur visio Dei viventis et videntis. Te Deum. 17.

FESTA MARTII.
Ante Quadragesimam prima die non impedita dicitur Officium Deiunct.

DIE IV. MARTII.
In Festo sancti Casimiri Confessoris.
Semiduplex.

Omnia de Communione Conf. non Pont. lxx. praeter ea, quae hic habentur.
Oratio.

Deus, qui inter regales delicias, et mundi illecebras, sanctum Casimirum virtute constantia roborasti: quasumus, ut ejus intercessionem fideles tui terrae despiciant, et ad caelestia semper aspirant. Per Dominum.

Deinde fit com. Feria.

si in Quadrag. venerit.
Postea S. Lucii Papae et mart. Ana. Iste Sanctus. y. Gloria.

Oratio.
Deus, qui nos beati Lucii martyris tui atque Pontificis annua solemnitate laetificas: concede propitius; ut, ejus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum nostrum.

In j. Nocturno, in Quadrag. Lectiones, Justus si morte, de Comuni. lxxij. Alias, de Scriptura occurre.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

CASIMIUS, patre Casimiro, matre Elisabetha Austriaca, Poloniæ regibus ortus, a pueritia sub optimis magistris, pietate et bonis artibus instructus, juveniles artus asperius domabat cilicio et assiduis extenuabat jejuniis. Régis spreta lecti mollitie, dura cubabat humo, et clam intempèsta nocte præforibus templorum pronus in terra divinam exorabat cleméntiam. In Christi contemplanda passione assiduus, Missarum solénnis adeo erecta in Deum mente solébat adesse, ut extra se rapi videretur. **Honestum.**

Lectio v.

CATHOLICAM promovére fidem summopere studuit, et Ruthenorum schisma abolére: quapropter Casimirus patrem induxit, ut legem ferret, ne schismatici nova templa construerent, nec vetera collabéntia restaurarent. Erga pauperes et calamitatibus opprèssos benéficus et miséricors, Patris et defensoris ege-norum nomen obtinuit. Virginitatem, quam ab incunábulis servavit illasam, sub extremo vite término graviter asservit, dum gravi pressus infirmitate, mori potius, quam castitatis jacturam ex me-

dicorum consilio subire, constanter decrevit. **Amavit eum.**

Lectio vi.

CONSUMMATUS in brevi, virtutibus et méritis plenus, prænuntiato mortis die, inter Sacerdotum, et Religiosorum choros spiritum Deo reddidit, anno ætatis vigésimo quinto. Corpus Vilnam delatum multis claret miraculis. Etenim, præterquam quod puella defuncta vitam, cæci visum, claudi gressum, et varii infirmi sanitatem ad ejus sepulchrum recuperarunt: Lithuanis exiguo numero ad potentissimi hostis insperatam irruptionem trepidantibus in ære appàrens, insignem tributum victoriam. Quibus permotus Leo décimus, eundem Sanctorum catalogo adscripsit. **Iste homo.**

In ij. Noct. Homilia in Evangelium, S in lumbi, de Commun. lxxvij.

Nona Lectio de Homilia Per. occurrit. et de ea fit com. in Quadrag.

Postea de S. Lucio, Aña. Qui odit, Justus. Oratio.

Deus, qui nos. 553.

DIE VII. MARTII.

In Festo S. Thomæ de Aquino: Confessoris et

Ecclesiæ Doctoris.

Duplex. **Omnia de Comuni Confessoris non Pontif. lxi. præter sequentia.**

Ad Magnificat in utrisque Vesperis. Aña. O Doctor optime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beate Thoma, divinæ legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio.

Deus, qui Ecclesiæ tuam, beati Thomæ Confessoris tui mira eruditione clarificas, et sancta operatione fecundas: da nobis quæsumus, et quæ docuit, intellectu conspicere, et quæ egit, imitatione complere. Per Dóminum.

Deinde fit com. Per, si in Quadrag. venerit.

Postea SS. martyrum Perpetuæ et Felicitatis.

Ad Vesperas et Laudes.

Aña. Istarum est enim regnum ealorum, quæ contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad præmia regni, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

Glória et honore coronasti eas Dómine. **R.** Et constituisti eas super opera manuum tuarum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctarum martyrum tuarum Perpetuæ et Felicitatis palmas inaccessabili devotione venerari: ut, quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dóminum nostrum.

PARS HIEMALIS.

In j. Nocturno Lectio-nes, Sapientiarum, ut in Communium Doctorum. lxx.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

THOMAS, Landulpho Cómite Aquinate, et Theodóra Neapolitana, nobilibus paréntibus natus, quintum annum agens, monachis sancti Benedicti Cassinatibus custodiéndus traditur. Inde Neapolim studiorum causa missus, jam adolescens cuncti studiorum Ordinem suscepit. Sed matre ac fratribus id indigne feréntibus, Lutetiam Parisiorum mittitur. Quem fratres in itinere per vim raptum in arcem castri sancti Joannis perducunt: ubi varie exagitatus, ut sanctum propositum mutaret, multèrem etiam, quæ ad labefactandam ejus constantiam introducta fuerat, titione fugavit. Mox beatus juvenis flexis genibus ante signum Crucis orans, ibique somno corréptus, per quietem sentire visus est, sibi ab Angelis constringi lumbos: quo extempore omnium libidinis sensu caruit: sororibus, quæ, ut eum a pio consilio removerent, in castrum venerunt, non possunt celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dóminum nostrum. **Honestum fecit.**

Lectio v.

Emisus e castro per fenestram, Neapolim rediit: unde Romam, p[ost]ea Parisium a fratre Joanne Theulónico, Ordinis Prædicat[or]um Generali Magistro ductus, Alberto Magno doctore, philosophia ac Theologia operam dedit: viginti quinque annos natus, magister est appellatus, publicèque philosophos ac Theologos summa cum laude est interpretatus. Numquam se lectioni aut scripti[on]i dedit, nisi post orationem. In difficultatibus locorum sacra Scriptura, ad orationem jejuni[um] adhibebat. Quin etiam sodali suo fratri Reginaldo dicere solebat, quidquid sciret, non tam studio aut labore suo peperisse, quam divinitus traditum accepisse. Neapoli cum ad imaginem Crucifixi vehementius oraret, hanc vocem audivit: Bene scripsisti de me Thoma, quam ergo mercedem accipies? Cui ille: Non aliam, Domine, nisi teipsum.

¶ Amavit eum

Lectio vij.

Nullum fuit scriptorum genus, in quibus non esset diligentissime versatus. Collationes Patrum assidue percolabat: nec tamen a prædicatione divini verbi desistebat. Quod cum faceret per Octavam

Paschæ in Basilica sancti Petri, mulierem, qua ejus simbriam tetigerat, a fluxu sanguinis liberavit. Scripta ejus et multitudine, et varietate, et facilitate explicandi res difficiles, adeo excellunt, ut ob eam causam etiam nomen Doctoris Angelici jure sit adeptus. Ab Urbano quarto Romam vocatus, adduci non potuit ut honores acciperet. Archiepiscopatum Neapolitanum etiam deferente Clemente Quarto Pontifice recusavit. Missus a Gregorio decimo ad Concilium Lugdunense, in monasterio Fossa nova in morbum incidit, ubi ægrôtus Cantica Canticorum explanavit. Ibidem obiit quinquegenarius, anno salutis millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, Nonis Martii. Miraculis et vivus et mortuus floruit. A Joanne vigesimo secundo in Sanctorum numerum relatus est, anno millesimo trecentesimo quinto summo Pontifice, Tolosam translatus est.

¶ Iste homo.

In iij. Nocturno Homilia in Evangelium. Vos estis sal terræ, de Communi doctorum. lxvij.

Nona Lectio dicitur de Homilia Feriæ occurr. si celebretur in Quadrage-

in Laud. fit com. Fer. si in Quadrage. venerit, et Sanctarum. ut 557.

Vesperæ a Capitulo de sequenti, com. præc. et Feriæ in Quadrage.

DIE VIII. MARTII. In Festo S. Joannis de Deo Confessoris.

Duplex.
Omnia de Communi Conf. non Pont. lxiij. præter sequentia.

Oratio.

Deus, qui beatum Joannem, tuo amore succensum, inter flammam innoxium incedere fecisti, et per eum Ecclesiam tuam nova prole fecundasti: præsta, ipsius suffragantibus meritis; ut igne charitatis tua vitia nostra curentur, et remedia nobis æterna proveniant. Per Dominum.

Deinde fit com. S. Thoma, Aña. O Doctor. ¶ Justum. Orat. Deus, ut 557.

Postea Feriæ occurr. si venerit in Quadrage.

In j. Nocturno, in Quadrage. Lect. beatus vir. de Communi ij. loco. lxxxj. Alias de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

JOANNES de Deo, ex catholicis piisque parentibus in oppido Montis majoris, junioris regni Lusitania natus, quam sublimiter in sortem Domini fuerit electus, insue-

tus splendor super ejus domo resurgens, sonitusque aris campani sua sponte emissus, ab ipso ejus natiuitatis tempore non obscure prænuntiarent. A laxiori vivendi ratione, divina operante virtute, revocatus, magna sanctitatis exhibere specimen cepit, et ob auditam prædicationem verbi Dei sic ad meliora se excitatum sensit, ut jam ab ipso sanctioris vite rudimento consummatum aliquid, perfectumque visus sit attingisse. Bonis omnibus in pauperes carceribus inclusos erogatis, admirabilis penitentia, sui que ipsius contemptus cuncto populo spectaculum factus, a plerisque eum demens graviter afflicto, in carcerem amantibus destinatus conjecit. At Joannes celestis charitate magis incensus, gemino atque amplo valetudinario ex piurum elemosynis in civitate Granatensi extructo, jactoque novi Ordinis fundamentum, Ecclesiam nova prole fecundavit Fratrum Hospitalitatis, infirmis præclaro animarum corporumque profectu inservientium, et longe latè que per orbem diffusorum.

¶ Honestum fecit.

Lectio v.

PAUPERIBUS ægrôtis, quos propriis quandoque humeris domum deferbat,

nulla re ad animam corporisque salutem proficua deérat. Effusa quoque extra nosocomium charitate, indignis mulieribus viduis, et præcipue virginibus periclitantibus clam alimentâ subministrabat, curamque indefessam adhibebat, ut carnis concupiscentiam a proximis hujusmodi vitio inquinatis exterminaret. Cum autem maximum in régio Granaténsi valetudinário excitatum fuisset incéndium, Joannes impavidus prosiit in ignem, huc, illic discurrens, quousque tum infirmos humeris exportatos, tum lectulos et fenestris projectos ab igne vindicavit, ac per dimidiam horam inter flammam jam in immensum succrescentes, versatus, exinde divinitus incolumis, universis civibus admirantibus, exivit, in schola charitatis edocens, signiorem in eum fuisse ignem qui foris ússerat, quam qui intus accendérat. **Amavit.**

Lectio vi.

MULTIPLICI asperitatum genere, demississima obediéntia, extrémâ paupertate, orandi studio, rerum divinârum contemplatione, ac in beatam Virginem pietate mirifice excelluit, et lacrymarum dono enituit. Denique gravi morbo correptus, omni-

bus Ecclésiæ Sacraméntis rite sanctæque relictus, viribus licet destitutus, et præcipuis indutus vestibus, a lætulo surgens, ac provolutus in gêna, manu et corde Christum Dominum et cruce pendentem perstringens, octavo Idus Martij, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo obiit in óculo Domini: quem etiam mortuus tenuit, nec dimisit, et in eadem corporis constitutione sex circiter horas, quousque inde dimotus fuisset, tota civitate inspectante, mirabiliter permansit, odorem mire fragrantem diffusens. Quem ante et post óbitum plurimis miraculis clarum Alexander Octavus Pontífex Máximus in Sanctórum número rétulit. **Iste homo.**

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelij secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 22. d.

In illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisei; et interrogavit eum unus ex eis Legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysóstomi.

Homilia 72. in Matth.

SADUCEÏS confusis, Pharisei rursus aggredduntur; cumque quiescere oportéret, decertare

voluerunt; et Legis peritiam profitentem præmittunt; non discere, sed tentare cupientes: ac ita interrogant: Quodnam primum mandatum in Legge sit. Nam cum primum illud sit, Diliges Dóminum Deum tuum: putantes causas sibi allaturum ad mandatum hoc corrigendum, aliquid addendo, quoniam Deum se faciebat, hoc modo interrogant. Quid igitur Christus? Ut ostendat ideó ad hæc eos devenisse; quia nulla in eis esset charitas, sed invidia livóre tabescerent: Diliges, inquit, Dóminum Deum tuum: hoc primum et magnum mandatum est. Secundum autem simile huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dóminum: Ipse intercedat pro peccatis ómnium populórum. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni ópere malo, et permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viii.

QUAMOBREM simile est huic? quoniam hoc illud inducit, et ab illo rursus munifur. Quicquid enim male agit, ódio habet lucem, et non venit ad lucem. Et rursus: Dixit inspiens in corde

suo: Non est Deus. Deinde sequitur: Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis. Et iterum: Radix ómnium malórum avaritia est: quam quidam appetentes, erraverunt a fide. Et, Qui diligit me, mandata mea servabit: quorum caput et radix est, Diliges Dóminum Deum tuum, et proximum tuum sicut teipsum.

Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dóminum suum, quando revertatur a nuptiis. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dóminus vester venturus sit. Et vos, Glória Patri. Et.

In Quadrag. Lectio ix. legitur de Homilia Fertia occurrentis, et de ea fit comm. in Laud.

Lectio ix.

S ergo diligere Deum, et diligere proximum est (nam si diligis me, o Petre, inquit, pascé oves meas); si etiam dilectio proximi facit ut mandata custódiás, mérito ait in his totam Legem et Prophétas pendere. Et quemadmodum in superioribus, cum de resurrectione interrogaretur, plus docuit, quam tentantes petebant: sic in hoc loco de primo interrogatus mandató, secundum etiam non valde quam primum inféris

sponte attulit: secundum enim est primo simile. Ita occulte insinuavit, odo illos ad querendum incitari. Cháritas enim, inquit, non exulatur.

Te Deum laudamus. 47.
Vesperæ a Capitulo de S. Francisca, com. præc. et Fer. in Quadrag.

DIE IX. MARTII.

In Festo S. Francisca viduæ Romanæ.

Duplex.

Omnia de Comm. nec Virginum nec Martyrum. ev. præter seq.

Oratio.

Deus, qui beatam Francisca famulam tuam inter cetera gratiæ tuæ dona, familiari Angeli consuetudine decorasti: concedere quesumus; ut intercessionis ejus auxilio, Angelorum consortium consequi mereamur. Per Dóminum.

Deinde fit commemor. S. Joannis de Deo. Aña. Hic vir. 5. Justum. Oratio. Deus, qui beatum, ut 339.

Postea Feria occurrit. si celebretur in Quadrag. In j. Noct. Lectiones de Script. occurrente. Sed in Quadrag. Mulierem ortem. evj.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

FRANCISCA nóbilis matróna Romána, ab ineunte ætate illústria dedit virtutum exéempla: etenim pueriles ludos; et illécebras

mundi réspuens, solitúdine et oratione magnopere delectabatur. Undecim annos nata, virginitatem suam Deo consecrære, et monastérium ingredi proposuit: paréntum tamen voluntati humiliter obtémperans. Laurentio de Pontianis júveni æque diviti ac nóbili nupsit. In matrimónio arctióriæ vitæ propositum, quantum licuit, semper retinuit: a spectáculis, conviviis, aliisque hujusmodi oblectaméntis abhórrens, lænea ac vulgári veste utens, et quidquid a domesticis curis supererat témporis, orationi aut proximórum utilitati tribuens: in id vero máxima sollicitudine incúmbens, ut matrónas Romanas pompis sæculi et ornátus vanitate revocáret. Quapropter domum Oblatárum, sub régula sancti Benedicti, Congregatiónis montis Olivétii, adhuc viro alligata, in Urbe instituit. Viri exilium, bonórum factúram, ac univérsum domus mórórem non modo constantissime tolerávit; sed grátias agens cum beato Job, illud frequenter usurpábat: Dóminus dedit, Dóminus abstulit: sit nomen Dómini benedictum. 8. Propter.

Lectio vj.

Virgo defuncto, ad prædictam Oblatárum do-

mum cónvolans, nudis lacrymárum vi contem-
plabatur, ut præ doloris
alligato, humi prostrata,
magnitudinæ pene cónfici
videretur. Sæpe etiam cum
multis cum lacrymis eárum
número adscribis
oraret, maxime sumpto
placiter postulavit: voti
sanctissima Eucharistiæ
composita, licet esset
Sacramento, spiritu in
omnium mater, non alio
Deum elevata, ac cele-
tamen, quam ancilla, s-
stium contemplatióne rap-
ta, immobilis perman-
e. Quapropter humani
généris hostis variis eam
contuméliis ac verbéribus
a proposito dimovere co-
nabatur: quem tamen illa
impertérrita semper elú-
sit, Angeli præsertim
vinea révertens, et lignórum
presidio, cujus familiari
consecutus gloriósum
per Urbem asellum, pau-
peribus subveniebat, in
quos etiam largas elemó-
synas erogabat: agrotan-
tesque in xenodóchiis vi-
sitans, non corporáli tantum
cibo, sed salutaribus
mónitis recreabat: corpus
suum vigiliis, jejuniis,
cilicio, férreo cingulo,
crebrisque flagellis in ser-
vítutem redigere jügiter
satagebat. Cibum illi se-
mel in die herbæ et legú-
mina, aqua potum præ-
buit. Hos tamen córporis
cruciatus aliquando Con-
fessarii mandato, a cujus
ore nutique pendebat,
modice temperávit.

R. Dilexisti.

Lectio vj.

DIVINA mystéria, præsertim vero Christi Dómini passiónem, tanto mentis ardore, tantaque

Denique méritis et mira-

culis clara, migravit ad Dominum, anno etatis sue quinquagesimo sexto: quam Paulus Quintus Pontifex Maximus in Sanctarum numerum retulit.
 ❧ Fallax gratia.

In iij. Nocturno Homilia in Evangelium, Simile est regnum cœlorum thesauri, de Communi non Virginum. cviii.

Nona Lectio de Homilia Feria occurrentis, et de ea fit comm., si venerit in Quadrages.

In ij. Vesp. fit commemoratio sequentis.

DIE X. MARTII.

In Festo sanctorum Quadraginta Martyrum.

Semiduplex.

Aña. Istórum. f. Lætâmini.

Oratio.

PRESTA, quasumus omnipotens Deus: ut qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominum.

Deinde fit com. Feria Quadrage.

In i. Nocturno Lectiones de Epistola ad Romanos. Fratres, Debitores, de Communi plurimorum Martyrum. xxxix.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

In i. Nocturno, et Agricolaô Præsidente, ad Sebasten Arménie urbem, quadraginta militum fides in Jesum Christum, et

fortitudo in cruciâibus perferendis enituit. Qui sapius in horribilem carcerem detrûsi, vinculisque constricti, cum ora ipsorum lapidibus contusa fuissent, hiemis tempore frigidissimo nudi sub aperto aere supra stagnum rigens pernoctare jussi sunt, ut frigore congelati necarentur. Una autem erat omnium oratio: Quadraginta in stadium ingressi sumus, quadraginta item, Domine, coronam donemur, ne una quidem huic numero desit. Est in honore hic numerus, quem tu quadraginta dierum jejûnio decorasti, per quem divina lex ingressa est in orbem terrarum. Elias quadraginta dierum jejûnio Deum quarens, ejus visionem consecutus est. Et hæc quidem illorum erat oratio. ❧ Sancti tui.

Lectio v.

CETERIS autem custodiabus somno deditis, solus vigilabat janitor, qui et illos orantes, et lucem circumfûsos, et quosdam et cœlo descendentes Angelos tamquam a Rege missos, qui coronas triginta novem militibus distribuerent, intuens, ita secum loquebatur: Quadraginta hi sunt, quadragésimi corona ubi est? Quae dum cogitaret, unus ex illo numero, cui animus ad frigus ferendum

desererat, in proximum tepefactum balneum desiliens, sanctos illos summo dolore affectit. Verum Deus illorum preces irritas esse non est passus: nam rei eventum admiratus janitor, mox custodibus e somno excitatis, detractisque sibi vestibus, ac se Christianum esse clara voce professus, Martyribus se adjunxit. Cum vero præsidis satellites janitorem quoque Christianum esse cognovissent, bacillis comminuta omnium eorum crura fregérunt. ❧ Vërbera.

Lectio vj.

In eo supplicio mortui sunt omnes, præter Melithonem, natu minimum. Quem cum præsens mater ejus, fractis cruribus, adhuc viventem vidisset, sic cohortata est: Fili, paulisper sustine; ecce Christus ad januum statadjuvans te. Cum vero reliquorum corpora plaustris imponi cerneret, ut in rogam inferrentur, ac filium suum relinquere quod speraret impia turba puerum, si vixisset, ad idolorum cultum revocari posse; ipso in humeros sublato, sancta mater vehicula Martyrum corporibus entusa strenue prosequeretur: in ejus amplexu Melithon spiritum Deo reddidit, ejusque corpus in eundem illum ce-

terorum Martyrum rogam pia mater injecit: ut, qui fide et virtute conjunctissimi fuerant, iunctis etiam societate copulati, una in cœlum pervenirent. Combuistis illis, eorum reliquia projecta in profluentem, cum mirabiliter in unum confluxissent loci, salva et integra reperita, honorifico sepulchro condita sunt.

❧ Tamquam aurum.

In iij. Noct. Homilia in Evang. Descendens Jesus, de Com. plur. Mart. ij. loco. l. Nona Lectio dicitur de Homilia Fer. occurr. et de ea fit comm. in Laud.

DIE XII. MARTII.

In Festo sancti Gregorii Papæ, Confessoris, et Ecclesie Doctoris.

Duplex.

Omnia de Comm. Confessoris Pontificis. ij. præter sequentia.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis. Aña. O Doctor optime, Ecclesie sanctæ lumen, beate Gregori. divine legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio.

DEUS, qui animæ famuli tui Gregorii æternæ beatitudinis præmia contulisti: concede propitius; ut, qui peccatorum nostrorum pondere premimur, ejus apud te precibus sublevemur. Per Dominum.

Deinde fit com. Fer.

In j. Noct. Lectiones,
Sapientiam omnium anti-
quorum, de Comuni
Doctorum. lxv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

GREGORIUS Magnus, Ro-
mānus, Gordiani Sen-
atoris filius, adolescens
philosophiā operam dedit,
et prætorio officio fun-
ctus, patre mortuo, sex
monasteria in Sicilia ædi-
ficavit, Romæ septimum
sancti Andrææ nomine in
suis ædibus, prope Bas-
ilicam sanctorum Joannis
et Pauli ad clivum Scauri:
ubi, Hilariōne ac Maxi-
miano magistris, mona-
chi vitam professus, pō-
stea Abbas fuit. Mox Dia-
conus Cardinalis creatus,
Constantinopolim a Pelagio
Pontifice ad Tiberium
Constantinum Imperatōrem
legatus mittitur: apud
quem memorabile etiam
illud efficit, quod Euty-
chium Patriarcham, qui
scripserat contra veram
ac tractabilem corporum
resurrectionem, ita con-
vicit, ut ejus libram
Imperator in ignem inji-
ceret. Quare Eutyichius
paulo post, cum in mor-
bum incidisset, instante
morte, pellem manus sua
tenebat multus presentibus,
dicens: Confiteor
quia omnes in hac carne
resurgemus.

¶ Inveni David.

Lectio v.

ROMANUS réliens, Pelagio
pestilentia sublato,
summo omnium consensu
Pontifex eligitur: quem
honorem ne acciperet,
quāmdiu potuit, recusa-
vit. Nam aliēno vestitu in
spelunca delituit: ubi de-
prehensus indicio ignea
columnæ, ad sanctum Pe-
trum consecratur. In Pon-
tificatu multa successoribus
doctrinæ ac sanctitatis
exempla reliquit. Peregrino-
sus quotidie ad mensam
adhibebat: in quibus et
Angelum, et Dominum
Angelorum peregrini facie
accepit. Pauperes et
urbānos et extērnos, quo-
rum numerum descriptum
habebat, benigne susten-
tabat. Catholicam fidem
multis locis labefactam
restituit. Nam Donatistas
in Africa, Ariānos in Hi-
spānia repressit: Agnois-
tas Alexandria ejecit. Pal-
lium Syagrius Augustodu-
nensis Episcopo dare nō-
luit, nisi Neophytos hæ-
reticos expelleret ex Gallia.
Gothos hæresim Ariānam
relinquere coegit. Missis
in Britanniam doctis et
sanctis viris Augustino et
aliis monachis, insulam
ad Jesu Christi fidem con-
vertit, vero a Beda pre-
bytero Angliæ vocatus
Apóstolus. Joannis Patri-
archæ Constantinopolitani
audaciam fregit, qui sibi
universalis Ecclesiæ Epi-

scopi nomen arrogabat.
Mauritium Imperatōrem,
eos qui milites fuissent,
monachos fieri prohiben-
tem, a sententiā deterruit.
¶ Posui adiutorium.

Lectio vj.

ECCLESIAM ornavit san-
ctissimis institutis et
légibus. Apud sanctum
Petrum coacta Synodo,
multa constituit: in iis,
Ut in Missa Kyrie eleison
novies repeteretur: Ut
extra id tempus, quod
continetur Septuagesima
et Pascha, Allelúia diceretur:
Ut adderetur in Cā-
none, Dñesque nostros
in tua pace dispōnas. Lita-
nias, Stationes, et eccle-
siasticum officium auxit.
Quatuor Concilii, Nicæ-
no, Constantinopolitano,
Ephesino, Chalcedonensi,
tamquam quatuor Eyan-
gelis honorem haberi vō-
luit. Episcopis Sicilia,
qui ex antiqua Ecclesiæ
rum consuetudine Romam
singulis triēnnis conven-
iebant, quinto quoque
anno semel venire indul-
sit. Multos libros confecit:
quos cum dictaret, testatus
est Petrus Diāconus, se
Spiritus sanctum columbæ
specie in ejus capite saepe
vidisse. Admirabilia sunt
quæ dixit, fecit, scripsit,
decrevit, præsertim infirma
semper et ægra valetudine.
Qui denique, multis
editis miraculis, Pontifi-

catus anno décimo tertio,
mense Ixto, die décimo
quarto Idus Martii, qui
dies festus a Græcis etiam
propter insignem hujus
Pontificis sapientiam ac
sanctitatem præcipuo hono-
re celebratur, ad ecclē-
stem beatitudinem evocatus
est. Cujus corpus sepul-
tum est in Basilica
sancti Petri, prope Secreta-
rium.

¶ Iste est qui.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii
secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. s. b

In illo tempore: Dixit
Jesus discipulis suis:
Vos estis sal terræ. Quod
si sal evanuerit, in quo
salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii
Papæ.

Ex Homil. 17. in Lucae

10. ante mediam.

CONSIDERANDE nobis est,
ut, qui una eademque
exhortationis voce non
sufficit simul cunctos ad-
monere, studeat singulos,
in quantum valet,
instruere, privatis locutionibus
ædificare. Debemus
namque pensare continuo,
quod sanctis Apóstolis
dicitur, et per Apóstolos
nobis: Vos estis sal terræ.
Si ergo sal sumus, condire
merito salidum debemus.
Vos igitur, qui pastores
estis, pensate, quia Dei
animalia pascitis: de quibus profetę

animálibus Deo per Psalmistam dicitur: Animália tua habitábunt in ea. Et saepe vidémus, quod petra salis brutis animálibus antepónitur, ut ex eadem salis petra lámberé débeant, et meliorári. Quasi ergo inter brúta animália petra salis, debet esse sacerdos in pópulis. Curáre namque sacerdotem necesse est, quæ singulis dicat, unumquémque qualiter admóneat: ut, quisquis sacerdoti júngitur, quasi ex salis tactu eterna vitæ sapóre condiátur. **A.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum, stolam glóriæ induit eum: * Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. Et ad portas paradisi.

LECTIO viij.

SAT etenim terræ non sumus, si corda audientium non condimus: quod profecto condimentum ille veraciter próximo impéndit, qui prædicationis verbum non súbtrahit. Sed tunc vere aliis recta prædicámus, si dicta rebus et exemplis osténdimus. Nullum puto, fratres charíssimi, ab aliis ma-

jus præjudícium, quam a sacerdotibus tolerat Deus: quando eos, quos ad aliórum correctiónem pósuit, dare de se exempli pravitátis cernit: quando ipsi peccámus, qui compescere peccata debúimus: nulla animárum lucra quærimus. ad nostra quotidie stúdia vacámus, terréna concupiscimus, humánam glóriam inténta mente captámus. Et quia eo ipso quo céteris prælátis sumus, ad agénda quælibet majórem licéntiam habémus; susceptæ benedictiónis ministerium vértimus ad ambiçãois argumentum: Dei causam relinquimus, ad terréna negótia vacámus: locum sanctitátis accipimus, et terrénis áctibus implicámur.

A. In médio Ecclesiæ apéruit os ejus, * Et implevit eum Dóminus spiritu sapientiæ et intelléctus. **V.** Jucunditatem et exultationem thesaurizávit super eum. Et implevit eum. **G**loria Patri. Et implevit eum.

LECTIO nona dicitur de Homilia Feria occurrentis, et de ea fit commemoratio in Laudibus.

COMMUNE SANCTORUM.

IN VIGILIA

Apostolorum.

Officium fit de Feria, ut dictum est in Rubricis generalibus, exceptis Lectionibus, et Orat., quæ in propriis locis notantur. Ubi vero non sunt propriae Lectiones, legitur Evangelium cum Homilia sequenti.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 15. b

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papa.

Homilia 27. in Evang.

Quia cuncta sacra eloquia Domínici plena sint præceptis, quid est quod de dilectione, quasi de singulari mandato, Dóminus dicit: Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem: nisi quia omne mandatum de sola dilectione est: et ómnia unum præceptum sunt? quia quidquid præcipitur, in sola charitate solidatur. Ut enim multi árboris rami ex una radice pródeunt: sic multæ virtutes ex una charitate generantur. Nec habet ali-

quid viriditatis ramus boni óperis, si non manet in radice charitatis.

Responsoria de Feria pro tempore.

Lectio ij.

PRÆCEPTA ergo Domínica et multa sunt, et unum: multa per diversitatem óperis, unum in radice dilectionis. Qualiter autem ista dilectio tenenda sit, ipse insinuat, qui in plerisque Scripturæ suæ sententiis et amicis jubet diligere in se, et inimicos propter se. Ille enim veraciter charitatem habet, qui et amicum diligit in Deo, et inimicum diligit propter Deum. Nam sunt nonnulli, qui diligunt próximos, sed per affectum cognationis et carnis: quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt: sed aliud est quod sponte impénditur naturæ, aliud quod præceptis Domínici ex charitate debetur obedientia.

Lectio iij.

Hinimurum et proximum diligunt, et tamen illa sublimia dilectionis premia non assequuntur: quia amorem suum